



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Antipharmacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

*Antipharmacum.*

ORIGINATIO hæc, quod *Beichten* fit quasi *Beſüchten*, hoc est, *betennen*, *fateri*, ferri potest; sed non ideo hæc actio hoc nomen habet, quòd in confessione *Catechismus* fit recitandus, vt vult Lutherus; sed quia malè commissa hîc sunt patefacienda & confitenda. Hinc etiam in foro externo vocabulum *Drſicht* non niſi in criminalibus & maleficiis vſurpatur.

Quæritur III. Quis præceperit confessionem auricularem. Respondet Lutherus Tom. 1. Lat. Witeb. Hom. de confessione *Papam præcepisse, non Deum*. Auricularem confessionem, inquit Lutherus, *quæ fit coram sacerdote, Papa mandauit. Eam Deus non præcepit, verum Papa ad eam coëgit homines.* *Diſe Beicht hat der Papſt geſtreng geboten / vnd ein Nothſtall darauß gemacht / daß es zu erbarmen iſt.* *Hanc confessionem præcepit Papa, & in neceſſitatem vertit, adeo vt ſit commiſeratione digna:* inquit Lutherus, Tom. 1. Nouorum Operum Serm. de Confessione, qui & in Homilia de Confessione Tom. 1. Lat. Witeb. *verè illud tempus* (ultima ſeptimana Quadrageſimæ) à Germanis paſſionis hebdomas (*Warterwochen*) appellatum eſt, *miserè enim excarnificantur, hoc præſertim tempore, conſcientia;* (eorum ſcilicet, quibus confiteri crux eſt) *cum magno animarum ac ſalutis periculo.*

*Antipharmacum.*

DEVM, non Papam primitus, vel Papam, non niſi poſt Deum, confessionem præcepisse, patet ex illo Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Nam ſi Apoſtoliſ dedit præceptum peccata remittendi; aliis

Q itidem